

*Paramigas alluaudi* (Simon, 1903). Descriptions d'arachnides nouveaux de Madagascar, faisant partie des collections du Muséum.

Bull. Mus. hist. nat. Paris 9: 133-134.

**Myrtale Alluaudi**, nov. sp. — ♀ long. 5 millimètres.

Cephalothorax fusco-piceus, reticulatus et nitidus, fovea tubere oculorum paulo angustiore, leviter recurva, tenui sed utrinque leviter ampliata, sulco medio brevissimo. Oculi quatuor antichi inter se subæquales. Oculus lateralis posticus antico vix minor. Oculus medius posticus reliquis minor, a laterali postico contiguus. Pars labialis spinulis acutis 5 vel 6 iniquis et inordinatis munita. Coxa pedum-maxillarium aculeis similibus 10-12, vittam angustam, apicem attingentem, designantibus, armata. Abdomen nigrum, subtus dilutius, granulis setiferos conspersum. Chelæ fulvo-rufulæ, læves et glabræ, sed intus setis spiniformibus uniseriatis munitæ. Partes oris sternumque fulva et nitida. Pedes fusco-olivacei, femoribus dilutioribus, antichi aculeis validis, ut in *M. Perroti* ordinatis, armati. Ungues graciles, ad basin dentibus binis geminatis armati. — Fort-Dauphin (C. Alluaud, 8, XI).